

„de excommunicatis, et de contemplatione coelestium, et de contemplatione passionis Christi.” —

..... „Et dixit, quòd omnes fideles percipiunt gratiam in
 „communione etiam ipsi peccatores in hoc, quòd impediuntur
 „perficere mala, quae vellent, vel ad quae instigantur. Et
 „posuit exemplum tale: quemadmodum duellantes in circulo in-
 „terdum defensantur per suos tutores, (Grizwertil) qui perti-
 „cas, quas portant manibus, interponentes, ictus ex adverso
 „impediunt, et duellantes aliquantulum repausare faciunt.
 „Dixit quoque quòd nulli excommunicati aliquid gratiae perci-
 „piunt, cum tamen alii peccatores percipiant, ut dictum est.”

Cap. CXIII. „De osculationibus vulnerum Christi, et eorum
 „speculationibus.”

Cap. CXIV. „De narrationibus sanctarum virginum, quae
 „et quanta essent passae propter Dominum.”

Cap. CXV. „De perfecto praemio, quod consistit in patientia.”

Cap. CXVI. „De strenuo servitio hominis, et de saluta-
 „tione Ministri Fratrum et ejus instructione.”

Cap. CXVII. „De custode Fratrum et Lectore et Gardiano.”

„Deinde ait Dominus ad Custodem satis durè: Avete Domne.
 „Vos benè deberetis esse magis humilis, et recogitare, unde te
 „tulerim, et quò extulerim: et magis benignè loqui Fratribus,
 „et corripere mansuetiùs, nec habere tam contemptibilia verba
 „ad Fratres.”

„Deinde allocutus est Lectorem: avete Domne. Nimis estis
 „piger, et tepescitis à servitio meo propter infirmitatem vestram.”

„Quam diu enim est, quòd non audistis missam? Nimiam
 „solicitudinem habetis pro sanitate: et nimis estis sumptuosus
 „de pauperum eleemosyna.”

„Post hoc salutavit Gardianum inclinando et duriter repre-
 „hendendo: Cum sis Amicus Dei, multum offendis triumphatoriis
 „(i. e. nugacibus) et ridiculosis verbis, dissolutionem et cachin-
 „num provocantibus. Facis, quemadmodum lotrix, quae lavans
 „pannos, dealbat eos in Sole cum magna diligentia, ac postea
 „eosdem pannos in lutum calcat.” —

„Ultimo salutavit unum Fratrem dicens: Ave fili. Tibi etiam
 „commisi aliquam curam meorum: et quoniam cum fide et sol-